

Ad Tumulum

DOROTHEÆ BACHMANNIÆ

RARIORIS EXEMPLI

SANCTISQ. VIRTUTUM ORNAMENTIS

Conspiciuæ Fœminæ,

VIRI REVERENDI CLARISSIMI

DN. SEBASTIANI ALISCHERI P.L.C.

Ministri apud Lign. in Petro Paulino

VIGILANTISS.

Maritæ desiderabilis

SPARSI

FLORES.

LIGN. TYPIS SARTORIANIS,
A. C. MDC LI.



VIR
Reverend. & Cl.
DN.

SEBASTIANUS ALISCHERUS,
per Anagr.

AHSANE CURISES SUB ALTIS.

* * *

ES SANE CURIS AH ALISCHERE SUB ALTIS,
Nam Tibi quæ fuerat fœdere juncta perit;
Erige cor sursum; Curas committe JEHOVÆ;
ALTIS SUB CURIS ALTUS JÖVA JUVAT.

Theophilus Feigijs

Superintend. in Ducat.
LIGN. & WOLAVIENS.
Administrator.

SAt TIBI longa datur nunc materies, ALISCHERE,
Lugendi, Vxorẽ dũm TIBI Morta rapit.
ἄντισιμα πολλὰ TIBI, dum vixit, præstitit, omni
Fida tori Consorts, quo potuit studio,
Fida pie sobolis mater, morbique medela,
Fida domus custos, casta Costa viri.
Hac TIBI cor rodunt bona, singula perdita in una,
Quæ desiderium facta perenne TIBI est.
Hac TIBI materiem causant, deslere maritam,
Omnia, in hac una quæ bona mors rapuit.
Non tamen in lacrymis vis est revocare maritam:
Nulla tuis poterunt ferre malagma malis.

Major

Major vis votis, imo de corde profectis,
Supplice queis pro TE voce rogabo DEVM.
Leniat ILLE TIBI Stimulos sub corde dolorum!
Et mitis sobolis sit Pater IPSE tua!
Conservetq. domum! beet & tua Munia Sparta!
Quamq. gemis Costam det revidere polo!

Affectu amicis. erga reverend.
Dn. Compatrem scribeb.

Caspar Keseler Eccl. Maria-
næ Pastor & Consistorialis.

SI quis, ALISCHERIDE, socij Tibi Carmina Luctus
Obtulit, in charæ funere DOROTHEES:
Noscertè, thalami divortia talia passi,
Adfectus nostri Symbola jure damus.
Quo verò sanctos decoramus carmine Manes?
Quo? nisi quo VIRTUS carmine digna fuit,
Non TIBI Xantippe, duræve Papyria frontis,
Non Tibi Polla domus imperiosa fuit:
Sed SARÆ similis, sed qualis, carmine Vatum
Nobilis, Eurydice Penelopeq. fuit.
Non illi pallæ, gemmæ, calamistra vel aurum,
Sed potius curæ pensa fuere domus,
Te fovit; prolem PIETATI VOVIT; ut esset
EUSEBIES nutrix, & schola, Vestra domus:
Summatim; Pietatis apex, Probitatis ocellus,
Archetypus fide Conjugii illa fuit.
Hoc tali sanctos decoramus Carmine Manes;
Solantes luctum, VIR Reverende, Tuum.
Cetera Tu dices. Nec enim TUA carmine vili,
Digna sed est docto Carmine, digna Tuo.
Hoc prolixo adfectus exig. monum. Beatæ Conjugi Tuæ,
Compater & Collega conjunctissime,
erigere volui, debui,
M. AD. THEBESIUS Eccl. Lig.
P. Paul. Pastor & Consistorialis.

Aij

ad

Ad dilectiss. Dn. Collegam Viduum
PARODIA.

Divisitne DEVS Sic duo corda? sic
Divisitne DEVS? sis similis Mei,
Ac Uxore Solutus
Lugesq; & gemis impotens,
Et planctu tremulo tristis amabilem
Costam sollicitas: Illa beantis, &
Promti cingere, CHRISTI
Pulcris excubat in genis.
Opportuna etenim transvolat anxios
Casus, & refugit nos; quia pessimi
Mores, nos quia Cura
Turpant, & sceleris nefas,
Non oris pariunt jam Tibi Gratia
Non frontis Species gaudia, qua simul
Noctis Condit a bustis
Inclusit fragilis dies.
Sic fugit Venus heu! sicq; Charis Tua!
Sic Psyche! nec habes DOROTHEAM miser,
Qua spirabat Amorem,
Qua Te surpuerat sibi,
Felix in thalamo, letaq; Pignorum
Gratorum Genitrix. Huic quoniam breves
Annos Fata dederunt
Servent, oro, Tibi pares
Seris MATHVSALÆ temporibus Dies,
Posses ut Subolis visere singulos,
Læto non sine vultu,
Accensam ad thalamos facem!

Ad imit. Hor. lib. 4. Od. 13.

L. M. Q.

GEORG. THEBES. Eccl. PP. Patr. Lign. Min.

Thre-

Threni

DN. SEBAST. ALISCHERI,
Vidui moestiss.

ad

DEUM.

CUM TU DOROTHEES, DEUS,
Stamen purpureum, candida CONJUGIS
Rumpis basia, væ, meam.
Casus præproperâ clade premit domum!
Tunc nec mens mihi, nec color
Certâ sede manent, humor & in genas
Fusim labitur, arguens
Quàm duro penitus conficiar malo.
Actum est! Tu mihi bajulos
Sed subdes humeros penè ruentibus
Rebus; Tu quoq; blandior
Absterges medicâ lacrymulas manu.
O, sic me satis edoce
Nôrim perpetuum plurima pressius
Dantem verbera, quæ Pater
Omni parte Tui nectaris imbuis.
Felices ter & amplius,
Quos tam blanda quatit dextera; tam piis
Subjectus querimoniis
Gaudenti melius vivit homo grege.

Ad Oden XIII. Horatian. Lib. 1.

per

LAURENTIUM BAUDISIUM
Illustris IOHAN. Archi-Diac.

DOROTHEA Anagr. AH DE TORO!

Nil est, quàm thalamo sibi consociare Maritam;
Sævius, è diâ si datur illa manu.

A 3

Aft

*At dolor est ingens, AH, cum violentia mortis
Solvit DE casto corda ligata TORO!
Hoc sentis etiam, Vir ô Reverende! jugalis
Dum vita Sociam mors tibi sava rapit.
Ne ducas igitur Lesum, nec fletibus ora
Fades; Vos iterum junget JÖVA polo.*

Condol. Contestandæ causâ
apposuit

TOBIAS BARTHISIVS eX Hirsbergâ SILE-
SIVS In SaCrâ B. VirgInIs ECCLESiâ Legis
Divinæ LigIVS SaCerDos.

SEBASTIAN Alischer.

Per Anagr.

HABES SILENTIA SACRA.

Posse flere DEI ad vehementia verbera magnum est;
Quod potuit Mystæ Gloria, summus Aron,
Vir, duo cui rapidum Nati periere per Ignem,
Cum Rem tractarent, sed sine Lege, Sacram.
Et Tu Mysta facer, suavissime Compater, arte
Instructus tali es, pro Bonitate DEI.
Multa diu multisq; modis incommoda Mentem,
Vexavere, DEO sic moderante, Tuam,
Sivè graves Soceri numeremus Nomine curas,
Sivè tuas Ignis quando voravit opes;
Et quod adhæc porrò accessit, dum desit esse
DOROTHEA in vivis, blanda Maritæ Tori.
In tantis tamen exercere silentia Sacra,
Vidimus, & Cor Te semper habere Bonum.
O Vir grate DEO, cui Sacra silentia prestas
Et promptus cunctam scis bene ferre crucem!

Ne

Ne dubites, lacrymas responso vertet amico
In rem lætitiæ, & prospera quæq; DEUS.

Solatij causâ Dn. Viduo Coll. & Comp. trav.
scr. & off. deb. vol.

PETRUS THEBESIUS Eccl. Lign.
MAR. ~~Pastor~~ Minister.

Si superas Orpheus cantu revocare sub auras
Potuisset Eurydicen suam;
ALISCHERE, tuæ non feres Fata Maritæ:
Nam vincis Orpheum Lyrâ.
Siste tamen fletum: mutata est fabula Vero.
Super astra regnat Orpheus.
Dux Vitæ CHRISTVS nostræ, cui Terra Salumq;
Sunt redditura mortuos.
Hic Verbi Virtute sui reserante Sepulchra,
Tibi reddet Eurydicen tuam.

M. JOHANNES CUTSCHREITERUS.

Ad Dn. SEBASTIANUM ALISCHERUM.

Haud temerè luges, Phœbi fama, incluta fama
ALISCHERIADE, Pieridumq; decus,
Quando eheu! rapuit diræ inclementia mortis
Euphrosynen vitæ, delictumq; tuum.
Multimodè Syrach gentem cum laudibus effert
Fœmineam; Conjux laudis erat specimen.
Et si virtutes hujus daret una tabella
Piætas, vix posset pulcrior ulla dari.
Si vitæ integritas discindere retia mortis
Posset, si Candor, Relligionis Amor,
Mortem effugisset Conjux ALISCHERE, sed eheu!
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Sis tamen haud turbato animo; dulcissima conjux
Nunc cum cœlicolis vitam agit absq; nece.

Quid-

Quidnam opus hic gemitū? Translata ex turbine rerum,
 Non redit has terras, gemmea resta colit.
 Grateris potius, miseræ quod tædia vitæ
 Finit, Exactum non remeabit iter.
 Vivio, non vixit tua Conjux, vivere cœpit,
 Atq; tenet superi regna beata throni.
 Hæc felix vita est, hæc sat diuturna putanda est.
 Quæ vera in CHRISTUM clauditur acta fide,
 Felix cui magnæ virtutis contigit Uxor,
 Filia virtutum quæ fuit atq; Soror.
 Felix & Conjux quæ jam super æthera vecta,
 Fulget, & insigni laude reliquit humum.

M. JACOBUS PREIBISIUS
 Eccl. Wartensis Pastor.

PROsequeris ne Tuam lachrymis, O Amice, maritam,
 Instæ quæ celis gaudia vera videt?
 Vince tui luctus cordis, remove dolores
 Perge, vaporiferis flumina tolle genis.
 Non etenim mortis tua Nupta recessit in umbras,
 Vivit & ante DEUM purior igne nitet.
 Lucida quæ curas nostras studiumq; fatigant
 Sidera sub pedibus, Splendida Tota, terit.
 Aspice nocturno formosam tempore Lunam,
 Purpurei celeres aspice Solis equos.
 Talis in atheriâ fulget regione, frequenti
 Voce sonans JHOVÆ carmina DOROTHEA:
 Euge DEO visum fuerit cum, rite sequemur,
 Subducti tenebris Munde, maligne tuis.

CHRISTOPHORUS NEUBARTHIUS
 Pastor Eccl. Christi in Holzkirche.

Ως χ' ἡ Αλιχίη ἐθλὲ παρακίσις ἐραυη
 κηέσιον πάσης ἤνυσε σαρκὸς ὁδόν.
 κῆξεν ἀχνύμενος ἑναλίξει χῆρος ἄωρον,
 καὶ γλυκὺ αὐ κατέχειν κῆρ περικῆρι ποδῆ.
 Ἄλλὰ μάτην, ἔ γὰρ ξενίην νοσῶσιν ἐς αἰνὴν
 κόσμῳ, νάιουτες δώματα ἱερπυά πόλῳ.

ἀκίβδηλος συμπαχόμενος
 MELCHIOR HÖFFICHEN Mertschi-
 censium Ecclesiastes.

TUMULUS.

PIAM; & Tōri-fidam; Domūsq; regulam;
 Rarissimumq; Conjugalis gloriæ
 Exemplar, & lectissimam suavissimæ
 Prolis Parentem; & masculam variæ crucis
 Vidtricem; & omnis Castitatis tesseram;
 DEOq; tandem & Angelis gratissimam,
 COSTAM, Viri Clarissimi Doctissimi,
 Vatis, SEBASTIANI ALISCHERI, sacri,
 Hæc Tumba, reddat ut novissimè, capit.
 Adeste Fœminæ, & Viri, ac his manibus,
 Viduoq; benè precamini VATI-VIRO.

Quem meruit, meritò fecit
 M. MARTINUS KOTHMAN P. L. C.
 Schol. Illustris Johannæi, R.

Dorothea Bachmania Anagr. elis. un. adspir.
 Ah bona Amore cadit.
 Dorothea Bachmannia Anagr.
 Hinc deamabat Honore.
 Ah nodo chara manebit.

VAtis Alisçheri laurini, Affinis amati
 Ah bona Amore cadit Costa rapace Nece,

B

Costa.

*Costa si delis, amabilis; hinc de amabat Honore
Ille illam; quam Par istud amabile Par!
Ab defuncta Viro dijuncto chara manebit
Nodo, quo juncti sunt prius in Thalamum.
Interea Cineri benedic, & disce moriri,
Dum vivis, bene qui vis aliquando mori.*

Condolenti animo & calamo Consanguinitatis
instinctu adijciob.
GODOFREDUS HOFMANUS Eccl. Ravi-
cianæ in Poloniâ Diaconus.

Quis largis, ALSCHERE, veter Te fletibus uti
Et thalamo rapiant cum Tibi fata Parent?
Non tam Threicio placuit suus ignis Amanti
Eurydice, Conjux quam Tibi cara fuit.
Illa animæ pars magna Tuæ, Cordisq, Voluptas,
Reddidit ingenuo semper amore vices.
Prolis amans, Legesq, domûs edocta regendæ
Sustinuit, quod jam Te nimis urget, onus.
Eximiis eadem virtutum insignibus aucta,
Ut cara ante homines, sic fuit ante DEUM.
Hoc Decus, hæc Pietas, hæc, mersâ Conjuge lecto,
Cura, Tuam nuper deseruere domum.
Sit tamen iccirco querulas intendere lites
Voce nefas, cœli qui regit astra, DEO.
Dorotheam si namq, suo Tibi munere quondam
Junxit, Eam repetens rem petit ille suam.
Nemo reum meritò violati dixerit Æqui,
Depositum reddi qui sibi cunq, velit.
Et scio, qua præstas aliis pietate, libentèr
Omnia Te summi jussâ parare DEI.
Durum scèpè quidem; tamen utile semper Jovæ
Esse piis nosti cordibus imperium.

Osten-

Ostendent injecta virum Te frena dolori:
Ipsa premit Conjux gaudia mille sinu.
Felicem Te sorte Tuâ, fatiq, Maritam!
Unde Tibi surgit Laus, Sociæq, Salus.

L. M. Q. p.
THEOPHILUS PITISCUS Schol.
Urbicæ Lign. Pro-R.

Quis tangi duris, duris quis nesciat, angi?
Quos amor a vano subtrahit orbe DEI.
Hæc ut cum Prima sors cepit origine mundi:
Sic finem pariter puncta suprema dabunt:
O felix! duris qui tangi credit & angi
Propitio, sese, Numine, sine bono.
Certò iri versum breve post in mollia, certa
Illius mentem spesq, fidesq, fovet.
Qua cum te foveat, quoq, spes, Alischere Verende,
Et dare pro duris mollia velle DEUM.
Ad stipulor tolerans sine murmure durima cujus,
Quam vivo, super est munere vita mihi.
Atq, tibi duris surrepta morte beata
In calis tecum mollia secla precor.

ex ipsa mente animi
JOHANNES HAIDORN Hirschb. Siles.
Scholæ Hanov. Collég. & Cant.

ET Tua, per multos, cœlestia Regna, triumphos
Intrat, Mysta DEI, Costa pudica, Polum.
O bene! Sanctorum sociata cohortibus, omnes
Nunc ridet passas, Libera facta, cruces.

MARTINUS ULRICUS.

B. 2. 190

Do-

Dorothea Bachmannia *elisis aspiratis*

En bona Marita cado.

Dorothea Bachmania *elisis aspiratis*

In orbe amata cado.

Cor do ; Anima beata.

Per Prosopoeiam Anagrammaticam.

EN bona, chare Marite cado nunc Morte Marita,

Inq̄ orbe à cunctis semper amata cado.

Sed nè tristeris ; Cor do, commendoq̄ CHRISTO,

In cujus Merito nempè beata Anima est.

Quin cum prolificâ, velut opto, valet Cohorte,

Vnus dùm capiat Nos Polus, una Salus.

*condolenter Cognationis causa
simul apposit. à*

JOHANNE HOFMANO SS. Th. Stud. & p. n.

Ludi Schlichtingh. in Polon. Moderat.

Dorothea Bachmannia

Anagr. elis. un. adspir.

Ah mi bona erat conda.

* * *

Dorothea Bachmania

demitis binis h.

Omnia beata corda.

TAle querellarum genus afflictissimum eheu

Cum Natis Viduus mente gemente sonat.

AH mi Costa meis ERAT & Natis BONA CONDA,

Me Prolemq̄; meam cordicibus coluit.

Nunc sed ad illa Loca est translata, ubi CORDA BEATA

OMNIA, corde pius quæ vover omnis, habent.

Me cito Jova meis cum cunctis transfer ad ædem

Cœli, quò Cœli participemus opes.

JUSTINUS HOFMANUS SS. Th. St. & p. t. Sch.

Ofsch. Aug. Confes. add. Ludimoderat.

Quo

Quo mea chara fugis gelido de corpore Mater?

Quo rapiunt animam ferrea fata Tuam?

Nec tua Te pietas soboli devincta misella

Irato lethi subtrahit ingenio.

Sine Patrem video, quinas seu specto sorores,

Mutus in lachrymas me jubet ire dolor.

Altera me tenerum linquit Trieteris, & ecce

Orba super Matris lumina morte rigo.

Quid faciam, Mater, Tua nuper magna voluptas

Sanguinis & genij portio viva Tui?

Flebo meam sortem, gemituq̄ jurabo Sororum,

Multaq̄ pro patris vota salute feram.

Quæq̄ mihi Tua vita dedit vestigia promptus

Ingediar ductû non sine CHRISTE TUO.

CHRISTE save, miserumq̄ juva, da cœlica tandem

Funera post, leto regna subire gradu.

Ita Desideratissimæ Matri,

Juxta ductum charis, Parentis,

Justa perfolvere debui,

Filius unicus,

HENRICUS ALISCHERUS Scholæ

Senat. Alumnus.

Thränen des Leidtragenden Wittibers.

SD bistu nun dahin / Du Treueste / gegangen
Den Weg / den alles Fleisch geht auß dem Welt gemach
Ich sehe Dir halb-tode mit nassen Augen nach /
Das was Du mir verlest ist schmerzliches verlangen.

Wo aber kommstu hin? Wer hat Dich mir entzogen?

Dimst Du mich nicht mit Dir? Ich muß in Sorgen setz

Da Du / Du Selbige in Himmel lebst ein!

Und bist mir ach zu weit! Ach ja zu weit entflögen.

Wer wird tuch armen nun bei meinem Kummer küßlen

Mit süßer worte Trost? Wo ist / die mit der Last

Der Teuren Kinder, such wie Du sich reulich fast?

B 3

24

Ach das Ich diesen Schmerz und diesen Riß mich fühlen!
 Dich / Dich hat dein Gebet das Du mit heißen Thränen
 GOTT Tag und Nacht gewehet / entbunden aller Noth.
 Du stirbest zwar hinweg / doch siehstu keinen Tod /
 Wie Flehen konntest du den Weg in Himmel bähnen.
 Nun Liebste was Du mir so vielmahl hast vertrauet /
 Was Du von mir begehret **GOTT SEIN** / Ich dencke dran /
 So lange sich mein Geist in mir besinnen kan.
ES SEI JE JA / weil mich noch Sonn und Mon beschauert
 Du bist zwar weg / doch kan Ich allemahl nach schauen
 In unsern Kindern Dich / Dein Fromm-sein und gestalte
 Sol mir / wie sichs dann ziemt nicht eher werden alt /
 Als wenn man neben Dich wird mein Begräbnis bauen.
 Wie sol Ich aber Dich nach Würden recht bestatten?
 Du werest Wermel wehr / und Alabafter Stein.
 Ach das Ichs nicht vermag! Doch leg Ich dein Gebet
 An diesen werthen Orth / in **GOTTES** Hand und Schatten.
 Ich laß auff deine Gruffe Viole und Marcissen
 Jacinthen / Lilien / auch Rosen Roth und Weiss /
 Von Pindus Hügelu her / zu deiner Jugend-Preiß
 Mir Zehren wol durchnezt einpflanzen und begessen.
 Nun Ruhe / Ruhe wol / Muß Ich im Kummer bleiben /
 Ob du den vortheil hast / und nimst den Himmel ein;
 So hoff Ich doch bei Dir / so bald **GOTT** wil zu sein.
 Muß aber auff dein Grab den Grund der Wahrheit schreiben:
 Des Mannes Herzen-Schatz / ein außzug **GOTTES** Gaben /
 Ein Weib von Tugend Reich / voll Frömmigkeit und Zucht /
 Hat biß auff jenen Tag Ihr Ruhm allhier gesucht /
 Ich / der Ichs schreibe / bin schon Lebend hier begraben.

PROSOPOPEIA

Defunctæ ad Viduum mœstissimum.

Define Chare meum lachrymis urgere Sepulchrum,
 Nec misero funus rore Marite riga.
 Ultima promissam tribuerunt fata quietem,
 Nec mea jam gelidus viscera languor habet
 Scintillans animam super ardua sidera celi
 Aligerum raptam corpore Turba tulit. Meq

Meq; mei gremium **CHRISTI** peramabile pascit
 Laudatâ Vatum dulcius ambrosiâ.
 Ergo pone modum curis, compeſce querelas;
 Quod **DOMINO** placuit, displiceat ne Tibi?
 Vultus effigiem tumulati, dulcia nostræ
 Semina Virtutis pignora chara dabunt.
 Pignora queis Pietas circum præcordia floret.
 Debes hoc meritis, Chare marite, meis.
 Hæc Tibi commendo, sint hæc Tua gaudia, Curæ
 Sintq; Tuæ, Veræ sint Tibi Divitiæ.
 Hæc Te solentur mœstum, sint fulera Senectæ,
 Illis crede meas, sedula pensa, vices.
 Donec nos iterum, quem nocte dicq; fatigas
 Omnibus jungat post tua fata Deus.

Vidui ad pie Defunctam.

Ergo domus in Æar Solis fax aurea nostræ
 Occidit, & Lethi regna profunda subit.
 Diffudit ex oculis tranquille gemmula vice,
 Deq; meâ celebris fronte Corona cadit.
 Fracta trahit tristem formosa columna ruinam,
 Et perit in sævo nostræ carina mari.
 Perforat infesâ tenerum mihi Cuspide pectus
 Mors fera, divido vulnere corq; pater.
 Diripere **DEI** mihi manera larva benigni
 Tristia flexanimam tempora **DOROTHEEN**.
 Et mea non fletu squallerent lamina? Tu me
 Lachrymulis calidis ora rigare vetas
 O mea? Nec mea jam, sed Mortu amicatensis,
 At **CHRISTI** potius Sponsa decora Tuæ.
 Novi, Namq; fides animat præcordia, celis
 Carpere Te pulchrâ gaudia plena manu.
 Haud Amor invidie stimulos admittit, olympi
 Gratulor ex animo parta trophæa Tibi.
 Nec tamen à fletu vacuos mihi mœror ocellos,
 Nec vacuos præstat Cura dolore sonos.


Excrucior, vidueq; caput mala flagra procelle
Continua quavis nocte dieq; petunt.
Donec in hoc vita superabit corpore sensus,
Semper Amori ero buccina clara Tui.
Interea nostri numero cum pignora lecti,
Eliciunt largas hanc mihi lachrymulas.
Sed vivit qui te subtraxit morte, meosq;
Providus omnigena JOVA fovebit ope.
Grata mihi Tua fama manet, proliq; relicta
Solatur curas cura relicta meas.
Heic tua me Pietas, Pudor, atq; Modestia vultus
Afficit, & generis gloria multa Tui.
Salve Sancta, sinus CHRISTI cui celica Tempe
Pandit, & aetheria gaudia magna plaga.
Vna fides inter nos vivos, una laborum
Portio, Mens-animi semper ut una fuit;
Sic nos una tegat moles post fata sepultos,
Sic Tecum pulvis, sic cinis unus ero.
Donec ad extremos promissi fulguris ignes
Factus ero sortis pars quotacunq; Tue.

Clariss. Viris

Venerand. Dnn. Fautorib. Suaviss. Amicis,
LECTORI BENEVOLO S.

BLanda mihi fuerat, Conjux, pia, grata, decora,
Ingenuæ nuper gnara magistra domus.
Hanc mihi nigra dies subduxit morte, dolorem
Confiteor, lachrymas fundero juris erat.
Quicquid in his oculo lustrabis Lector amico,
Crede, Nihil fictæ Carmina laudis habent.
Miraris forsans, Scrupulo dubitante careres,
Sancta Tibi vitæ si via visa foret.
At vos qui nostræ manes & bustæ maritæ
Subtrahitis surdæ, carminis arte, Neci,
Hanc animi-gratam, tenuissima munera - mentem
Ingenio celebres, accipitote, VIRI.
Sic maneat vos vita precor, Sic fervidus opto
Post obitum memores, & sine nocte, dies,

VIDUUS.



EXEQUIIS
BACHMANNIANIS
SUBJUNCTA
EPIDOSIS.

LIGNICI,
TYPIS SARTORIANIS.



Ad Sebastianum Alischerum,
Theologum & Poëtam Siles.

UT me MACHNERI nuper docuere tabellæ,
Et tuus in vivis desit esse Socer?
MACHNERUS voluit transmitti flebile carmen.:
At quis Aristæo, dixi ego, mella ferat?
Ipse sui Soceri victuro carmine Vates
Nomen ab exequiis vindicet, ipse potest.
Si pius afflictæ poscit solatia menti?
Isthæc Theologum velle docere, pudet.
ROZTOCKI f.
M. ANDREAS TSCHERNINGIUS
Poet. Prof. Publ.

Qui Septuagenos vitam produxit in annos
Bachmannus Clarij gemma decusq; chori:
Qui non temnendos Musarum gessit honores
Bachmannus Patrij portio clara fori;
Non potuit summos vitæ vitare labores,
Tedia morborum spiculaq; ipsa necis.
Scilicet effatum Moysis sibi constat abunde:
Vita hominis brevis est; est dolor atq; labor.

AST

*AST veram in placida reperit nunc morte quietem
Bachmannus cæli stella decusq; novi.
Nunc summos simul, & sine fine capessit honores;
Nunc & in Angelico vivit oratq; choro.
Honoris & amor. ergo scrib.
G. Wittichius.*

TUMULUS.

Sanguine BACHMANNUS soboles longæva
Valentis,
Qui coetus fuerat Mystra decusq; sui;
CRENTZHEMIÆ virtus dederat cui nomina gentis,
Mortuus heic posuit corporis exuvias.
Multa tulit Scholico Præceptor pulvere plenus,
Sancta Senatorum portio multa tulit.
Multa tulit, circum languentia viscera morbi
Cum premerent miserâ conditione Senem.
Ecce tenet portum, multâ ratione Beatus,
Victor & in patriâ splendida ferta gerit.

S. A.



Lapidis Sepulchralis Inscriptio.

Antiquo dierum S.

TANDEM

Ex infesto Miseriar. pelago

HENRICUS BACHMANNUS

CANTOR & COLLEGA

Prim.

CROMLOV. BOHEMOR.

Post. LIGN. MAR. & P-PAUL.

Ann. XLII industrius,

Ingruentibus SENI procellis^o

per ann. XII irar. plenos

SENATOR GRAVISSIMUS^o,

Integro ferè

QUOD MORTEM PRÆCESSIT

QUINQUENNIO

Continuis MORBOR. fluctibus

Jactatus

Ad portum melioris vitæ

ENAVIGAVIT,

Ann. V. M. II. D. IIX.

Septuagenario

Major

A. C. M DCIL. M. Nov. D. XXIIX.

FILIA GENER NEPP.

PATRI SOCERO AVO

Memor. & Gratiud. ergo

H. L. P. C.

LONGA DEUS vitæ cui præstat tempora, multas
Ille per ambages festus ad astra redit.

☞ (☞)